



Per.  
Lat  
020

Prodit Budapestini VIII., Szentkirályi-u. 28. Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae subscriptionis in Hungaria: 4 coronae. — Telephonum: 132—98.

## Bellum nostrum.

Nimum<sup>1</sup> diu mollia agebamus otia, cruento Marte carentes, iam pridem excitabatur pubes nostra classico<sup>2</sup> truci, iam pridem horrida saeviebant bella. At hercle almam pacem, qua Deo favente tot iam annis fruebamur, vis quaedam maligna<sup>3</sup> invidisse nobis videtur. Et ne probissimus quidem in pace vivere potest, si vicino impio non libet.

Talem autem habet vicinum patria nostra. Serbiani, barbarorum populus immundus,<sup>4</sup> qui ab antiquissimis temporibus regum suorum caedibus gaudebant, denique manus sceleratas in regem nostrum futurum intentavere.<sup>5</sup>

Franciscus Ferdinandus ex<sup>6</sup> insidiis<sup>6</sup> interfectus est, cum in Bosnia copiis recognoscendis operam daret. Sicarii<sup>7</sup> autem a Serbiano viris principibus, qui summis rebus praesunt, ad facinus committendum conducebantur.<sup>8</sup> Quod indicium parricidarum ipsorum luce clarius appa-



rebat. Nunc iam sine dedecore nostri nominis quieti manere nequivimus et a Serbiano res<sup>9</sup> repetivimus.<sup>9</sup> Frustra. Popellus<sup>10</sup> insolens, a Russis concitatus, bellum omnium contra omnes movit.

Ut enim ad Germanorum imperatorem potentissimum belli indicti nuntius pervenit, suum<sup>11</sup> esse putavit omnibus suis viribus socio suo, regi nostro apostolico auxilio properare. Sic nunc Hungari, Austriaci et Germani inter se iuncti cum totius fere orbis terra-

rum populis, turpi foedere sociatis bellum vehementissimum gerere coguntur.

Militibus refertae sunt urbes iuxta flumen Vistulam, Oceano adiacentes campi strepentibus armis gemituque morientium resonant; densa legionum agmina, inter quae colorati<sup>12</sup> feri, a Britannis et Gallis arcessiti — utrique nationi dedecus sempiternum!

<sup>1</sup> túlságosan <sup>2</sup> hadikürt <sup>3</sup> gonosz <sup>4</sup> piszkos  
<sup>5</sup> «főlemel» <sup>6</sup> oroszva <sup>7</sup> orgyilkos <sup>8</sup> fölbérel <sup>9</sup> elégtételt kér <sup>10</sup> népecske <sup>11</sup> kötelességének <sup>12</sup> szines

At nos exercitus fortissimi cum signis<sup>13</sup> intemeratis,<sup>14</sup> sub auspiciis regis nostri carissimi atque imperatoris Germanorum invicti optima sperare iubent. Neque victoria hostium esse potest, quia ubi fides, ibi virtus; ubi virtus, ibi victoria.

<sup>13</sup> zászló <sup>14</sup> mocsoktalan.

### Ad «Iuventutem».

Qui tibi propectae felices quinque per annos  
Gratari properant, his ego deesse velim?  
Non ita! nam, si quem, iuvit tua cura laborque  
Me, quem vera tibi iunxit amicitia.  
Ergo te gaudens hodie quoque, cara, saluto  
Atque pie cupio: sit tibi fausta dies!  
Exactum lustrum<sup>1</sup> tibi gratulor inque futuros  
Innumeros annos optima quaeque precor.  
Perge favente Deo docili prodesse iuventae!  
Fiant e lustris saecula laeta tibi!

Guilelmus Lehmann.

<sup>1</sup> ötévi idő.



### De equo et cervo.


In densa<sup>1</sup> silva equus cervo occurrens «Cur» inquit «es tam stultus, cervé?! Cur te hominibus non tradis? Si te traderes, hieme et aestate bene alereris, sicut ego. At ita canibus et armis agitaris!»<sup>2</sup> «Sed, si me traderem, captivus essem!» respondit cervus et superbe aufugit.

Eug. Lerner (Budapest).

### Spicae.<sup>3</sup>

Agricola cum filiolo agros circumibat, an seges<sup>4</sup> iam matura esset. «Pater — inquit puer — cur nonnulli culmi<sup>5</sup> tam submisce ad terram se inclinant,<sup>6</sup> alii autem tam erecta

<sup>1</sup> sűrű <sup>2</sup> üldöz <sup>3</sup> kalász <sup>4</sup> termés <sup>5</sup> szár <sup>6</sup> meghajt <sup>7</sup> főlemel



### Symphoniaci<sup>1</sup> quattuor.

Fuit olim asinus, qui quia ad laborandum inutilis factus erat, a domino proturbatus<sup>2</sup> est. Auritulus<sup>3</sup> in viam se dedit, ut Bremae symphoniacus fieret.

Vix processit,<sup>4</sup> cum canem senem in via iacentem conspexit, qui asino interroganti respondit: Quia annis confectus<sup>5</sup> dominum in venando<sup>6</sup> adiuvere nequeo, me necare voluit. Itaque aufugi. Sed quomodo victum<sup>7</sup> mihi quaeram? — Equidem Bremam proficiscor — inquit asinus — ut symphoniacus civitatis fierem. Veni mecum, fac idem. Canis consilium asini accepit.

<sup>1</sup> zenész <sup>2</sup> elűz <sup>3</sup> füles <sup>4</sup> mendegél <sup>5</sup> «megtörve»  
<sup>6</sup> vadászik <sup>7</sup> élelem

allevant<sup>7</sup> capita? Nonne hi nobilissimi sunt? qui autem tam humiliter se inclinant coram ceteris, certe multo sunt peiores?»

Pater nonnullas spicas decerpit et dixit: «En haec arista, quae tam modesta est, pulcherrimis turget<sup>8</sup> granis;<sup>9</sup> illa autem, tollens nimio plus verticem — vacua est.»

M. V. (Bolechov.)

### De leone et vulpe.

„Domine, leoni dixit vulpes, tandem, ut indignationis meae finem faciam, me tibi profiteri<sup>10</sup> oportet asinum haud bene de te loqui: negat enim se scire, quid in te sit laudandum; virtutem tuam dicit esse dubiam; non dari a te animi magnitudinis iustitiaeque documenta;<sup>11</sup> te trucidare innocentes et intendere controversiam;<sup>12</sup> se neque amare posse te nec laudare.“

Leo paulisper reticuit, deinde „O vulpes“, inquit, „dicat ille quidquid ei placet; nam quod de me loquitur asinus, id neglego.“

Guil. Lhm. (sec. Gleimii fabulam).

<sup>8</sup> dagad <sup>9</sup> mag <sup>10</sup> megváll <sup>11</sup> bizonyíték <sup>12</sup> viszály.

Vix processerant,<sup>4</sup> felem<sup>8</sup> tristem in via iacentem conspexerunt, quae sciscitantibus<sup>9</sup> respondit: Senex sum, dentibus hebetatis<sup>10</sup> mures capere non possum; malo ad focum<sup>11</sup> sedere. Itaque domina me aquā suffocare<sup>12</sup> voluit. Aufugi igitur et nunc hic sum, nescia, quid agam. Feles deinde invitationem asini accepit. Tres tum viam pergebant.<sup>13</sup>

Procedentes in gallum, flebiliter cucurientem<sup>14</sup> occurrerunt. Fidelis nuntius aurorae fui semper — inquit — et futurae tempestatis index<sup>15</sup> verus. Sed quia cras convivae venient, domina coquae<sup>16</sup> imperavit, ut mihi vesperi caput decideret.<sup>17</sup> Quid miser faciam? — Pulchram vocem habes, galle, veni nobiscum. Symphonicus Bremensis rem<sup>18</sup> tuam facies. — Gallo consilium placuit et quattuor membra<sup>19</sup> unius corporis<sup>20</sup> viam pergebant.

Proficiscentes in silvam venerunt. Iam vesperi erat, cum gallus in arborem altam subvolans socios allocutus est: Video parvam scintillam;<sup>21</sup> sine dubio e casa venit. Eamus illuc, quia deversorium<sup>22</sup> sub divo<sup>23</sup> non est iucundissimum. Taciti procedentes multa nocte domum nacti<sup>24</sup> sunt, unde scintilla emicuerat.<sup>25</sup> Domum latrones incolebant. Asinus, qui sociorum maximus erat, fenestram adiens in cubiculum<sup>26</sup> spectavit. — Quid vides, asine? interrogavit gallus. Quid video? mensam lautissimis<sup>27</sup>

cibis exstructam;<sup>28</sup> circum autem latrones sedent, quibus appetentia<sup>29</sup> cibi<sup>29</sup> non deest. Quid? si ille noster sit?

Denique animalia acute<sup>30</sup> excogitabant, quomodo latrones proturbarent.<sup>2</sup> Asinus enim callidus<sup>31</sup> ad fenestram constitit, canis in dorsum<sup>32</sup> asini, feles in canem erepsit,<sup>33</sup> gallus subvolans in capite felis se collocavit. Deinde signo dato



voces symphonicorum effunduntur:<sup>34</sup> asinus rudit, canis latrat, feles felit, gallus cucurit; tum subito in cenaculum<sup>35</sup> irruerunt<sup>36</sup> per fenestram, cuius vitreae<sup>37</sup> repentino fragore<sup>38</sup> decidebant. Latrones visu et clamore insolito<sup>39</sup> perterriti in silvam proruerunt; quattuor autem socii discumbentes<sup>40</sup> largiter se invitabant.<sup>41</sup>

Postquam symphonicus satiati<sup>42</sup> sunt, quisque pro sua natura cubitum<sup>43</sup> ierunt: asinus in aream, canis iuxta ianuam, feles in focum ad cinerem<sup>44</sup> calidum, gallus in tignum.<sup>45</sup>

Mediā nocte, ubi nulla scintilla apparebat, unus latronum venit, ut domum visitaret. Omnia tranquilla erant. Latro igitur ad focum iit, ut candelam<sup>46</sup> accenderet. Sed feles repente prosiliens<sup>47</sup> infestis<sup>48</sup> unguibus<sup>49</sup> oculos latronis laceravit.<sup>50</sup> Qui perterritus aufugere voluit; sed canis pedem fugientem momordit,<sup>51</sup> asinus autem calcem<sup>52</sup> latroni inpegit.<sup>52</sup> Gallus somno experrectus<sup>53</sup> alta voce cantare coepit.

Latro ad ducem se<sup>34</sup> proripuit,<sup>34</sup> cui paene exanimatus<sup>54</sup> rettulit:<sup>55</sup> Vae mihi, in illa domo est striga<sup>56</sup> terribilis, quae mihi oculos laceravit;<sup>50</sup> ante domum est vir, qui me cultro<sup>57</sup> petivit; in area est monstrum,<sup>58</sup> quod me fuste<sup>59</sup> adortum est; in tecto autem sedet iudex, qui clamabat: Apportate latronem, apportate! Itaque ego quam celerrime fugae me dedi.


Latrones deinde non audebant<sup>60</sup> domum intrare; quattuor autem socii bene ibi vivebant, saepe etiam concentus<sup>61</sup> edebant, ut in pictura traditum est.



8 macska 9 kérdezősködik 10 eltompul 11 tűzhely  
12 fulaszt 13 folytat 14 kukorékol 15 hirnök 16 szakácsnő  
17 levág 18 «szerencse» 19 tag 20 testület  
21 szikra 22 vendégfogadó 23 szabad ég 24 nanciscor  
kap 25 felragyog 26 szoba 27 válogatott 28 megrak  
29 étvágy 30 okosan 31 ravasz. 32 hát 33 fel-

(Folytatása az 5-ik oldalon.)

Pompeiorum novissima imago, quam architecti militares Italici de aërophoto<sup>2</sup> alligato lucis<sup>3</sup> oper<sup>3</sup> expresserunt.<sup>3</sup>



1. Villa Diomedis. 2. Sepulcra. 3. Deversorium. 4. Villa Ciceronis. 6. Porta Herculanensis. 7. Via Sepulcrorum. 8. Taberna Albini. —
  9. Domus Vestalium. 10. D. Chirurgi. 11. Telonium. 12. D. Sallusti. 13. Pistrina. 14. D. Pansae. 15. Thermae fori. 16. Templum Iovis. 17. Forum. 18. Templum Apollinis. 21. Porta Marina. 22. Museum. 24. Basilica. 25. Tribunalia. 27. Aedificium Eumachiae. 28. D. Aprii. 29. Via Marina. 30. Via Abundantiae. 32. D. Holconii. 33. D. Corn. Rufi. 34. D. Citharoedi. 36. Templum Isis. 37. T. Aesculapii. 38. Theatrum apertum. 39. Forum triangulare. 41. Templum Herculis. 42. Ludus gladiatorius. 43. Porta Stabiana. 44. Theatrum tectum. 47. Thermae Stabianae. 50. Pistrina. 52. D. Lucretii. 53. Thermae. 58. Porta Capuana. 59. D. Laeonitis. 61. D. Orphei. 62. D. Vettiorum. 63. D. Labyrinthi. 64. D. Fauni. 65. D. Venationis. 66. D. Ariadnae. 68. Templum Fortunae. 69. Via thermarum. 70. Via Fortunae. 71. Via Nolana. 72. Via Fori. 73. Via Mercurii. 74. D. Apollinis. 75. D. Meaetri. 76. D. Centauri. 77. D. Castorum. 81. D. poetae tragici. 82. Fullonica. 86. Muri urbis. 87. Porta Vesuviana. 90. Via Stabiana. 92. Via Sallusti. 101. Via theatri. 107. Porta Nolana. 108. Porta Sarni. 109. Amphitheatrum. 110. Via Saernitana. 111. Via viae ferratae. 112. Statio viae ferratae electricae, quae circum Vesuvium vehitur.
- <sup>1</sup> műszaki katonák <sup>2</sup> léghajó <sup>3</sup> fotografál <sup>4</sup> vendéglőgazd <sup>5</sup> vámhivatal <sup>6</sup> sítóház <sup>7</sup> postás műhely.



Ad lectores. Diu dubitabamus, an his temporibus, cum omnia armorum strepitu implentur, Iuventutem edendam curaremus. Non enim fugit<sup>1</sup> nos in his temporum angustiis<sup>2</sup> lectores tot tantisque difficultatibus circumveniri, ut nisi singulari studio commoti ephemeridem nostram amplectantur, quam sero editam esse aegre ferre nolint.

Maximi momenti<sup>3</sup> res irruebant, postquam ultimae plagulae<sup>4</sup> nostrae lectoribus traditae sunt. Bona pacis cum ferro et armis commutabantur. Totus orbis sanguine militum madet.<sup>5</sup> Quis est, qui finem disturbanceonis excidiique<sup>6</sup> omnium praedicere possit? Nos autem, etsi multo terribiora nobis impendeant, militibus sociisque fortissimis freti<sup>7</sup> non dubitamus, quin victoria nostrorum armorum futura sit.

Difficillimum est omnia ordine enarrare,

quae ultimo temporis spatio facta sunt. Mortuus est Pius X. Pontifex Maximus, cuius mentem placidam etiam illi agnoscebant, qui non Christianae legi student. Successit ei nomine **Benedicti XV.** Iacobus e nobilibus della Chiesa, qui ante hos sexaginta annos



in pago Pegli prope Genuam natus est. Antistes<sup>8</sup> novus, cuius imago nobis hic ob oculos ponitur, vir eximiae sanctitatis et sapientiae esse traditur.

kűszik 34 «kitör» 35 ebédlő 36 beront 37 üveg  
38 törés 39 szokatlan 40 «asztalhoz ül» 41 megvándé-  
gel 42 jóllakik 43 lefeküdni 44 hamu 45 gerenda  
46 gyertya 47 felugrik 48 ellenséges 49 köröm  
50 karmol 51 harap 52 megrűg 53 felébred 54 élette-  
lenül 55 előad 56 boszorkány 57 kés 58 szörny  
59 bot 60 mérészel 61 hangverseny.

Rumensiae rex primus, **Carolus** Bucarestae obiit. Princeps, origine Germanus, annum egit septuagesimum quintum, cum vivere desiit. Summā prudentiā rei publicae gerendae praeditus, Rumensiam e civitate inchoata<sup>9</sup> exultam, e paupere opulentam, ex imbecilla validam reddidit. Flebilis ille occidit omnibus bonis, imprimis Rumensiae, cui dimidium fere saeculum praefuerat. Rex liberis<sup>10</sup> orbis<sup>10</sup> periit. Unica filiola in<sup>11</sup> teneris<sup>11</sup> mortua est. Nunc fratris filius, Ferdinandus rex Rumensiae factus est.



Funus regis splendidissimo apparatu celebratum est. Naeniae<sup>12</sup> obmutuere,<sup>13</sup> sed non obmutuerunt proeliantium clamores, non belli impetus. Nos cum Germanis iuncti tot iam hostes habemus, ut vix numerum inire possimus, quamquam nil aliud agebamus,<sup>14</sup> nisi ut Serbianos impios iustā poenā afficeremus.


Sed erant populi, qui fictis causis regum<sup>15</sup> parricidas<sup>15</sup> poenae eripere voluerunt.

Russos novimus, qui apparent, ubicunque praedari et populari datur; nolī sunt nobis etiam Galli, qui cladem a Germanis ante XLIII annos acceptam nunc rependere<sup>16</sup> volunt. At non ita sane novimus Britannos, quos fidei semper tutores putabamus! Nunc eos dignos Russorum socios cognovimus: dignitate, bona fama, pudore relictos; tabernarii<sup>17</sup> evaserunt, quales eos maligni vulgo vituperabant. Quid dicam de miseris Belgis, quid de Iaponibus, qui oculis obliquis<sup>18</sup> per Germaniam cuncta perlustrabant, quae visu digna videbantur; qui Germanis debent summam humanitatis<sup>19</sup> cultusque,<sup>19</sup> quibus gloriari possunt.

1 kikerűli a figyelmet 2 nyomás 3 fontosság 4 lap  
5 ázik 6 pusztulás 7 bízva 8 főpap 9 kezdetleges  
10 gyermektelen 11 zsenge korában 12 gyászdal  
13 elnémul 14 szándékozik 15 királygyilkos 16 vissza-  
fizet 17 szatócs 18 ferde 19 műveltség

Ut appareat, quibus instrumentis, quo belli apparatu pugnetur, satis erit spectare profundas maris voragines,<sup>20</sup> ubi de navibus subnatantibus<sup>21</sup> mors minitatur, et aequora, ubi monstra natantia a hostibus acerrimis supprimuntur,<sup>22</sup> et mortiferorum armorum milia, unde perniciēs cum interitu eructatur.<sup>23</sup> Ad quae accedit ars volandi, videlicet novissima, ut hominibus necandis inserviat.


Hic habemus tormenta bellica,<sup>24</sup> in officinis<sup>25</sup> nostris fabricata, quorum dimentiens<sup>26</sup> est centimetrorum triginta et dimidii. Praeter praefectos<sup>27</sup> militares<sup>27</sup> nemo non ignorabat huius modi instrumenta bellica parari. Miserorum Belgarum erat<sup>28</sup> vim<sup>29</sup> et<sup>29</sup> effectum<sup>29</sup> tormentorum experiri: opera<sup>30</sup>



disturbata moeniaque destructa eorum documenta<sup>31</sup> sunt eloquentissima.

Sed documenta sunt foederis quoque sanctissimi, quod hoc bello inter nos Germanosque in omne tempus ictum est. Inde fit, ut cantica<sup>32</sup> Germanorum patria<sup>32</sup> apud nos una cum nostris ubique canantur, ut vexilla<sup>33</sup> eorum cum nostris vibrentur,<sup>34</sup> ut victoriis Germanicis aequae ac nostris ex animorum sensu gaudeamus, ut sanguis noster profundatur in Galliae campis, sicut sanguine Germanico campi Poloniae redundant.<sup>35</sup> Fraternalitatis et pietatis erga Germanos signum afferre voluimus, cum unam viarum frequentissimam Urbis nostrae de nomine Guilelmi, imperatoris Germaniae, aream<sup>36</sup> autem publicam pergrandem de nomine urbis Berolini appellabamus.


Socii et amici nationis Germanicae summo dolore<sup>37</sup> persecuti sumus interitum navis **Emden**, quae post tot praeclara facinora undis hausta est. Sed dolore etiam maior erat superbia, quā victorias assiduas naviculae<sup>38</sup> percipiebamus. Quot naves demer-



sisset, hostes nostri communes animis infestissimis discebant. Non humana, sed divina quadam ratione regi videbatur Emden carissima, cum ictu mortifero interiit.

Quod Germani copiis navalibus efficere possunt, non solum nos, sed magis etiam hostes nostros admiratione afficit: naviculis subnatantibus immanes navium<sup>39</sup> moles<sup>39</sup> hostium debebantur. U 9 exemplum semper erit officii cum singulari virtute exsecuti.

Ut etiam hostilia videamus, ostenditur nobis **aëroplanum Gallicum**, de cuius parte superiore glandes<sup>40</sup> mitti<sup>40</sup> possunt. Galli enim Zeppelinianis Germanorum perterriti novum genus navigiorum aëriorum commenti<sup>41</sup> sunt. Ut picturā ostenditur, aëroplanum loricatum<sup>42</sup> armatumque duabus sedibus instructum est, quarum alteram gubernator, alteram iaculator<sup>43</sup> occupat. Glans sine noxa<sup>44</sup> navigii mitti potest, quod iam ante hos novem menses experti sunt Galli, quorum aërinauta peritissimus, Prévest in campo Villacoublayano periculum<sup>45</sup> fecerat. —



20 örvény 21 tenger alatt járó 22 fenyeget 23 elsülyeszt 24 fakad 25 ágyú 26 gyár 27 átmérő, kaliber 28 tiszta 29 rendeltetésük volt 30 hatás 31 védőművek 32 bizonyíték 33 nemzeti dal 34 zászló 35 lenget 36 tér 37 részvét 38 kis hajó 39 hajóóriás 40 lö 41 kigondol 42 páncélos 43 lövő 44 sérülés 45 kísérlet



Aëroplanum contra labefactionem<sup>46</sup> glandium<sup>40</sup> missarum<sup>40</sup> constans esse affirmatur. Quod non abnuerimus. Neque tamen labefactari potest persuasio nostra Gallorum machinamenta aëria Germanorum Zeppelinianis nullo modo resistere posse, ita ut socii et amici nostri aequae aëris, terrae, maris victores evasuri sint.

Cum victoriam Germanorum reputantes haec describimus, venit nobis in mentem «Fabulae saeculi futuri», quam Jókai noster ante hos quadraginta annos ediderat. O mentem vatū<sup>47</sup> divinam, quae providere potest, quod futurum sit!

<sup>46</sup> rázkódtatás <sup>47</sup> jós, költő.



**Xenophon** forte sacrificium sollemne peragebat, cum per nuntium e duobus filiis maiorem natu, nomine Gryllum, apud Mantineam in proelio cecidisse cognovit. Alius forsā dolore victus removisset<sup>1</sup> hostiam<sup>2</sup> et lacrymis respersa thura<sup>3</sup> disiecisset: Xenophon vero institutum<sup>4</sup> deorum cultum non omisit, sed tantummodo coronam deposuit, quoad percunctaretur,<sup>5</sup> quonam modo filius occidisset. Ut vero audivit illum fortissime pugnāntem interiisse, coronam capiti reposuit, numinaque, quibus sacrificabat, testatus est maiorem se ex virtute filii gloriam, quam ex morte amaritudinem<sup>6</sup> sentire.

*i. j.*

— **Quis vestrum** nandi<sup>7</sup> peritus est?

— Ego, domine.

— Bene, mi fili; ubi nare didicisti?

— In aqua.

*Guil. Lhm.*

— **Exsere<sup>8</sup> linguam**, mi filiole! longius, longius etiam; hoc nondum sufficit! totam fac exseras!

— Non possum, domine medice; extremo palato<sup>9</sup> adhaeret.

*Idem.*

— **Hospes** inter cenam, ad quam vocatus erat, ad heram<sup>10</sup>: Crede mihi, domina

honoratissima, non omnibus diebus tam egregiae cenae particeps<sup>11</sup> fio.

— Unus ex herae liberis: Ne nos quidem.

*Idem.*

— **Ain' tu?** in cavea<sup>12</sup> leonina nuper fuisti?

— Aio.

— Nonne pertimuisti bestias?

— Minime.

— Nonne bestiae impetum in te fecerunt?

— Minime; intus<sup>13</sup> non erant.

*Idem.*

**Filius** a patre verberatus<sup>14</sup> diutius flet. Fletu intermisso pater: «Cur — inquit — diutius non fles?»

— At ego tantum quiesco — respondit filius.

*Alexius Czuppon. (Kisszeben.)*

**Contemplans<sup>15</sup>** quidam noctu coelum et stellas, in fossam<sup>16</sup> quam non viderat, incidit. Tum alius eādem iter faciens, cum de gemitu illius et oratione, quod acciderat, cognovisset, **Optime** — inquit — tu, qui os in coelum erigebas, terram potius intueri debueras.

*G. a Beöthfi.*

**Carmen** quoddam Clementis VIII. poëta, pontifici legendum tradidit, qui vix tertio lecto versu: Eho — inquit — versus hic unā syllabā brevior est. Tum poëta: Nil refert, mox Sancte Pater alium invenies, qui tanto erit longior.

*G. a Beöthy.*

— **Quid malis**, cingere? interrogavit dominus cingarum argentem et esurientem — edere aut calescere?

— Lardum<sup>17</sup> assare.<sup>18</sup>

*G. V. Koudela.*

**Duo** coloni adventum<sup>19</sup> vecturae viae ferratae exspectant. Alter vini potor alloquitur alterum:

— Veni mecum, bibamus poculum vini!

— Deest tempus.

— Sed symbolam<sup>20</sup> ego solvam.

— Iam non deest tempus, eo. *St. Katona.*

**Puero** interroganti, utrum in coelo de facie amicos cognoscere posset necne, respondit amicus:

Num putas nos ibi stultiores futuros?

*F. Maszár O. F. M.*

1 eltávolít 2 áldozati állat 3 tömjén 4 megkezd  
5 megtudakol 6 keserűség 7 úszik 8 kidug  
9 iny 10 úrnő 11 részes 12 ketrec 13 benn  
14 ver 15 bámul. 16 árok 17 szalonna 18 pirít  
19 vonat. 20 költség.

**Magister.** Quantum pecuniae debet avunculus tuus post tres annos, si duo milia coronarum mutua<sup>21</sup> sumit simul quotannis quadringentas coronas repositurum<sup>22</sup> se obligat?

**Discipulus.** Duobus milibus coronarum.

**Magister.** Quid ita?

**Discipulus.** Bene novi avunculum. Ille nihil solvet.

N. Szegedy. (Zombor.)

<sup>21</sup> kölcsön. <sup>22</sup> visszafizet.

### Carmen bellicum.

Scriptis Alexander Petőfi. Latine reddidit Iosephus Irsik.

Tuba sonat iam bellicum;<sup>1</sup>  
Promta cohors ad proelium.

Agite!<sup>2</sup>

Sibila glans, crepans ferrum,  
Adanimant haec Hungarum.

Agite!

Surrige signum<sup>3</sup> altius,  
Conspicuum fac omnibus.

Agite!

Mundus hoc omnis videat;  
Pro quidem Libertate stat.

Agite!

Hungarus est vir belliger,  
Hostibus obstat fortiter.

Agite!

Simul ac Hungrus, fortis est;  
Obvius hostis mortis est.

Agite!

Terra madet<sup>4</sup> cruoribus;<sup>4</sup>  
Nunc cecidit mi socius.

Agite!

Nec ego peior ad pugnam,  
Mortis in aestus<sup>5</sup> irruam.

Agite!


Si vel ad ruptum brachium,  
Si vel ad ultimum virum,

Agite!


Si pereundum: nos, eia!  
Peribimus, non patria.

Agite!

<sup>1</sup> harci riadó <sup>2</sup> nossza rajta! előre! <sup>3</sup> zászló <sup>4</sup> vértől ázik <sup>5</sup> heves forgatag.



I.



Litterae ita disponantur, ut libramenta significant: 1. vocalem, 2. deo sacrum, 3. insulam, 4. duces Graecorum Troiam oppugnantium, 5. personam nobis carissimam,

6. tempus iucundissimum, 7. consonantem. Media linea perpendicularis idem indicet nomen ac libramentum quartum.

Guil. Lhm. (Vrtsl.)

II.

1. O dulce ver! o naturae donum gratissimum! — 2. Ante domum nostram tres

ulmos videtis stantes. — 3. Quid hic iacet post ianuam? — 4. Quaeris, utrum meam an tuam rem potius curem? — 5. Diligenti puero mater librum donavit. — 6. Noli ludibrio habere, puerule mi, senum capita cana!

In singulis enuntiatis singula urbium Italiae nomina latent. Quae sunt nomina?

Guil Lhm. (Vrtsl.)

III.

L. Irsik.



Moderator ephemeridis STEPHANUS SZÉKELY DR. Budapestini, I., Lógodi-utca 73., ad quem litterae quaecunquae mittantur.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középpiskola.

Budapestini, ex officina consortii Stephanaei.